Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



In die palmarum introitus.

Omne ne longe fa cias auxi lium tuum a me. ad defensionem meam aspice. liberame de ore leonis et a cornibus unicorni humilitatem meam. Ps. Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea. Coll.

Omnipotens sempiterne deus. qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum saluatorem nrm carnem sumere et crucem subire fecisti: concede propicius. vt et patientiae ipsius habere documenta. et resurrectionis eius consortia mereamur. Per eundem dnm n. Lectio paulli ad philippenses. Hoc enim sentite in vobis: quod et in xpo ihu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est se esse equalem deo: sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum: factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine ihu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confitetur: quia dns ihs xpus. in gloria est dei patris. Gr. Tenuisti manum dexteram meam et in voluntate tua deduxisti me et cum gloria assumpsisti me. V. Quam bonus israel deus rectis corde. mei autem pene moti sunt pedes pene effusi sunt gressus mei quia zelauim peccatoribus pacem peccatorum videns. Tractus. Deus deus meus respice